

Bellum ag  
cum fonte primo

In omni prelio non tam multitudo  
et uirtus indocta quam ars et exercitium solent  
prestare uictoriam.

In omni autem proelio non tam multitudo  
et uirtus indocta quam ars et exercitium solent  
praestare uictoriam.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei  
militaris*, 1.prol. (M.D. Reeve ed., p.2, ll.3-5).

Non enim longitudo etatis  
aut annorum numerus artem bellicam tradit  
sed potius exercitatio.

Iuniores quidem et novi milites mane ac post  
meridiem ad omne genus exercebantur armorum,  
veteres autem et eruditi sine intermissione semel  
in die exercebantur armis;  
neque enim longitudo aetatis  
aut annorum numerus artem bellicam tradit,  
sed post quanta uolueris stipendia inexercitatus  
miles semper est tiro.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei  
militaris*, 2.23.2 (M.D. Reeve ed., p.57, ll.4-10).

Nam  
in pugna solet usus amplius prodesse quam uires.  
Nam si doctrina cesset armorum,  
nil uillanus distat a milite.

Postremo sciendum est  
in pugna usum amplius prodesse quam uires;  
nam si doctrina cesset armorum,  
nihil paganus distat a milite.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei  
militaris*, 2.23.14 (M.D. Reeve ed., p.59, ll.7-10).

Cum antiqua sit prudensque sententia  
omnes artes in meditatione consistere.

Artifices scaenici ab exercitiis non recedunt  
pro laude vulgi: miles sacramento lectus  
ab exercitio armorum vel novellus  
vel iam vetustus cessare non debet,  
cui pugnandum est pro salute propria  
et libertate communi, praesertim  
cum antiqua sit prudensque sententia  
omnes artes in meditatione consistere.

Vegecius libro II. capitulo XXII.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei  
militaris*, 2.24.3-4 (M.D. Reeve ed., p.59, ll.21-  
26).